Görlitz generalem fidelibus nostris Civibus
et Civitati ibidem de nostra voluntatis be-
neplacito, Jura Magdeburgensia concedi- Concessio Jurium Magdeburgensium
mus et donamus, habenda, tenenda Quæ-
stionibus, Contractibus, causis in omnem
modum prout nostris Civibus et Civitati
melius et commodius videbitur, expedire
tamen quendam judiciarium vel judicij Ca-
sum, qui Voigtding vel Erbding nominatur,
ibidem habere volumus, jmo volumus et
praecipiendo statuimus, ut singulis horis
et temporibus judicijs opportunis Civitatis judicij constitutio
nostræ in Bancis cum Advocato nostro Ju-
dex hæreditarius noster qui fuerit, in perso-
na propria adesse debeat, et judicio præ-
sideri et ibidem in loco judicij et non alibi,
sicut alij nostri Cives in Bancis præsentibus
scabinis Civitatis coram nostro Advocato
super actionibus, querelis, causis contra
dictum judicem motis vel movendis unicuiq;
finaliter respondere, et nostrum Advoca-
tum de fructibus judicij vel causarum judi- fructuum judicij partitio
ciatium duas partes percipere colligere,
hæreditarium judicem nostrum tertiam
verò partem, exceptis duntaxat, Homici-